



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 90. Hujus Pontificis gesta ante Pontificatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

levabat. Primas vero curas intendit, **Sæc. XVII.**
 ut contra Turcas Cretensis Insulæ ex- **A. C. 1667.**
 cidium minitantes a Christianis Prin-
 cipibus validam opem sollicitaret, quo-
 circa Franciæ ac Hispaniæ Reges bello
 Belgico inter se implicitos ad mutuam
 pacem, & jungendas contra Ottoma-
 num vires non modo literis, sed etiam
 misso in Galliis Nepote suo Jacobo Ro-
 spiliofo hortabatur, professus, semet-
 ipsum, quamvis gravi senio & attrita
 valetudine pressum in Franciam, vel
 quocunque terrarum reddendæ concor-
 diæ spes invitaret, haud gravate, si
 res ita deposceret, profecturum.

§. XC.

*Hujus Pontificis gesta ante Pontifi-
 catum.*

Natus erat Julius Rospiliofus anno
 Christi millesimo sexcentesimo die
 vigesima septima Januarii Pistorii celebri
 Etruriæ urbe ex nobilissima ejusdem
 Urbis familia oriundus, qui a teneris
 virtutum amore, discendi aviditate, &
 morum candore, non nisi magna præ-
 sagiebat: Puer adhuc Romam missus,
 politioribus studiis sub Famiano Strada,
 aliisque Magistris, necnon Philosophiæ
 in Collegio Romano operam navabat:
 in Pisana dein Academia Pontificii simul

ac

Sæc. XVII. ac Cæsarei Juris lauream consecutus
A. C. 1667. Romam reversus est, ubi ad Antonii

Barberini Cardinalis Aulam, quæ
tum doctissimis Viris referta erat, ad-
missus, discipulum simul & Magistrum
egit, ab aliis discere percupidus, &
alios docere sollicitatus; celebrabatur
enim ob insignem elegantiam Etruscæ
Poeseos præsertim Drammaticæ, nove
scribendi genere Christianæ pietati in-
stillandæ apto usus: cum ergo Urbanus
VIII. Papa in his quoque literis
versatissimus esset, ab eodem non modo
laudatus, sed & liberaliter habitus
primo utriusque Signaturæ referendarius,
mox Canonicus & Vicarius Liberianæ
Basilicæ, & S. Rituum Congregationis
Secretarius renuntiabat, sensimque per
plures ac excelsiores honorum gradus ad
Archiepiscopi Tharsensis Cathedram
ascendebat: Hac dignitate auctus, in
Hispaniam Nuntius Apostolicus legatus
est, ubi in rebus maxime arduis
Innocentio X. Pontifici simul & Philippo
IV. Hispaniarum Regi tam prosperam
impendit operam, ut Rex perbenigne
annuam ac perpetuam quatuor aureorum
millium pensionem præfata Basilica,
concederet, Julio autem discedenti
Regias ad Cardinalatum impetrandum
litteras commendatitias iterum iterumque
offerret

quas tamen ipse acceptare recufans, Sæc. XVII. A. C. 1667.
 nonnisi ex meritorum suffragio ab Alexandro VII. Purpuram obtinuit, jam
 tum ipsius quoque thiaræ Pontificiæ dignissimus.

§. XCI.

*Acta in causa quatuor Gallorum
Præfulum.*

Peractis omnibus, quæ Romani Pontificis electionem sequi solent, solemnitatibus, Clemens IX. Pontifex totum sese promovendæ Reipublicæ Christianæ applicuit, ac præcipue memor eorum, quæ Deo, quæ Dei Ecclesiæ, & quæ gregi suo deberet, non modo concordiam profanam inter Principes Christianos, sed etiam Ecclesiasticam pacem inter dissidentes Franciæ Præfules reddere satagit: Ea de re præpomis novem Episcoporum delegationem in causa quatuor reclamantium Præfulum a suo Prædecessore factam confirmavit, insuper præter Fridericum Borromæum Patriarcham Alexandrinum, quem ad Franciæ Reginam ablegaverat, Petrum quoque Bargellinum Thebarum Archiepiscopum ad Ludovicum Regem decrevit, qui in promovenda formulæ subscriptione strenuam egregiamque navabat operam.

necnon